illud est, quod apud Heraclitum legitur, scotinum ab obscuritate
cognominatum. Crispa (Inquit) & minime crispa vna vinxeris,
consentiens & dissentiens, consonans & dissonans: vnum etiam
ex omnibus, omniaque ex vno. Itaque vniuersorum coagmentatio-
nem, cæli inquam & terræ, & vniuersi mundi, cinno quodam prin-
cipiorum summè contrariorum commodè attemperato, natura ipsa
digestit vna eademque concinna coherentia: quippe siccum humi-
do, calidum frigido, graui leue mixtū, & rectum orbiculari. Terræ
etiam omnem, omne mare, ætherem, Solem, Lunam, & postremo to-
tum

tum calum, vis vna per omnia pertinens, certo ordine descripsit, concinnèq; digestit: è diuersis ipsa naturis atq; impermixtis, aëre, terra, igne, & aqua, mundum architectata. Quumque eum etiam globosa superficie comprehendisset: naturas quammaxime contrarias, veluti edicta concordia & imperata, adstrinxit ad cōsensum mutuūque commercium: cuiusmodi rerum molitione vniuersitati ipsi salutem machinata est. Huius autem rei causa est concordia elementorum. Cōcordiæ porrò causa est æquabilitas, & quòd alterum altero non plus pollet. ad æquilibrium enim adæquant graua cum leuibus, calida cum ijs quæ ipsis opposita sunt: natura vtiq; nos docente in maioribus, equalitatem tutricem esse concordie & seruatricem, concordiam autem mundi esse salutem, rerum omniū parentis, ac longe omnibus præstantis pulchritudine. Nam quæ tandem natura præstabilior ipso? Quæ enim dixeris cunque, eius vtiq; ipsius mundi pars erit. Nam quicquid pulchritudine præditū est, id quasi gentile mundi, habet cum eo nominis societate. adeò quod recte atque ordine constitutum est, id à mundi nomine cōcinnè digestum græco sermone, consentaneaque partium compositione speciosum esse significatur. Ecquidnam est autem singularum partiū, quod cū eo equiparari possit ordine quo cælestis motus temperatus est & constitutus? Sole vtiq; & Luna, reliquis item sideribus intraspacia se mouentibus exquisitissime emodulata à seculo in seculum alterum. Agè ecquæ tandem vires tam ratæ esse possunt, quàm est exactè comparatus à natura tempestatum anni tenor in orbem redeuntium? omnium ille quidem rerum fecunditate præditus: æstates deinceps hyemēsque referens temporibus destinatis: simul dies & noctes in offensis vicibus alternantes: è quibus menses annūsque conficitur. Ac magnitudine quidem ambitum longè summum complexus, motu perniciosissimo circummagitur: claritate sincerissima præditus, vi etiam potentiāq; fretus exorte vt senj, sic interitus. Hic omnium animantium naturas, tum aquatiliū, tum pedestriū, tum etiam in elemento spirabili victitantium, segregat: iisque spatia vitæ suis admetitur motibus. Ex hoc animam ducunt omnia: ab hoc animam habent animantia: ex hoc denique miracula rerum nouarum existunt, quæ statis temporibus efficiuntur. Vis ventorū omniū in se ipsa conflictatur: fulmina è cælo

Nam quæ tandem

Exponit dñi græce vocis ea
significat non solum pñm et
mundū sed etiam in ordinem
digestū quæ oia pulcherrime perpi
ciuntur in mundo maxime tñue
motus cælestis qui nunquam fallit
ita serper ratas vires agit
ipse etiam causa est tempēstatis
diuersarū itaq; diu et noctis
It quid quid aliud dicere mundū
scilicet naturarū diuersitatem accepisse
naturarū a mundo chinato quod
st de gente mundi.

De magnitudine

Progredditur laudes partium
mundi. Et primum globū cælestis
qui non occidit et sunt cæles
portus vitæque singulorum suis
motibus emittuntur, formas cæcant
efficiunt tempestatē, vcellas fulminū
ventos, huius temporibus it etiam
prævideri possint. Quid multa?
Construunt materiam rerū inferiorū
et fiat terra et aqua. Adhibet
delatant et fiat aer et ignis.

Iam vero

Laudes et proprietates terræ
ea patitur scilicet partes, non
enim sit in hoc distincta a cælo quod
cæli nūq; patiebatur. Atqui
huiusmodi passio et coniunctio et
vires conservatio quæ passio.

Unica vero

Mundus elementaris patitur
tantū scilicet partes. Inneq;
vero elementis sunt non patitur
neq; omniū ita terra conuenit
in aquam sed diuersim partē terræ
in aquam nec in diuersim. pro eodem
tempore. Cui autem huiusmodi passio
tam cito instauratur non et quod
affert. Rerū terræ ita alteri
elemento.

docent. Deum animam suam partem
mundi tanquam autem est anima mundi
proprie non tamen intacta relinquenda
et sed tractanda et causa efficiens,
conseruans, nutuens. Quae etiam causa
fuit posita in definitione mundi. Qui
dixerunt eam esse animam mundi agnoscere
fuit tanquam partem mundi.

Vetus igitur

Prima proprietates causa prima quod
sola potest aeterna, beata, potens,
bona et cetera autem via quae
sunt et quantumcumque remota quicquam
habent perfectionis quicquam ei
acceptum ferre debent. Quia ergo
etiam solis remotissimus a calido ita
multum requiritur per promissionem, tunc
debet. Similiter etiam Deos deservi
in lais elementum et solent dicere
na so Deos maris et celi intelligent
angelicos spiritus qui regunt facta
inde quibus aera. Quorum periorum
spectra etiam sensus perspecta sunt.
Quaequidem sententia est consentanea
loquendo de dijs, in angelis, non de
Deo cuius claritatem atque amplum
ludinem non est equum in ijs rebus.
inferioribus manifestam fieri non
per causas secundas.

Exterum

Dei proprietates aliae quod sit
incomprehensibilis. Quod difficultas
eis ei cedat. Quod non minus
regat et qua interea sunt quam
sua iustitia propria suae in coelo
et tunc habet supra celum.

cadunt: pluuia procellosa atque stupenda subitos fragores edunt.
Vnde fit ut & vi humoris expressa, & vi ignea difflata consti-
tuatur vniuersi concordia. Iam verò terra omni genere vestita
stirpium fruticantium, riguisque exuberans largè erumpentibus,
trita vestigiis animantium quae in ea passim circunferuntur: omnia
tempestiue proferens ex sese & vegetans, hospitalique sinu exci-
piens, cum innumeras ipsa rerum formas perferat, ab eisque mul-
tipliciter afficiatur: nihilo secius tamen naturam asseruat indo-
mitam senectute, quamlibet ipsa motibus contremefacta, vndis su-
perfluentibus proluta, incendiis denique inflammata, modò hac,
modò illa parte sui. Quinetiam illa ipsa omnia censerì meritò pos-
sint incolumitatis eius causa commodè euenire, salutemque illi sem-
piternam prestare. Siquidem ea motu quassata, continuo profiliunt
venti qui introrsus insinuarant: utique spiraculis terrarum di-
scelsibus patefactis, ut superius dictum est. Imbribus etiam tum
expurgatur, cum omnia pestifera in ea abluuntur. Ad syncerio-
remque constitutionem super subterque tum reducit, quum au-
ris perspiratur. Et conflagrationes quidem quod coactius est ter-
rae concoquunt: congelationes item quod inflammatum est, id at-
temperant ipsae atque remittunt. Ac singularum quidem rerum
aliae oriuntur, aliae vegetantur, & aliae occidunt: cum interim
ortus compescant grassanteis interitus, rursusque interitus rerum
leuent ortus exuberanteis. Vnica verò ex omnibus conflata inco-
lunitas permanet ipsa in aeuum: cum inter se rebus ex aduerso ob-
sistentibus, & cedentibus vicissim atque praevalentibus, vniuer-
sitas conseruetur in sempiternum, noxam nullam contrahens. Re-
stat ut summam de causa differamus, quae cunctarum ipsa rerum
vim habet tutricem & continentem: quemadmodum cetera per-
strinximus. Flagitij enim instar esset, cum de mundo dicere insti-
tuerim, tractatu si minus exquisito fortasse, at certè qui sat esse
possit ad formulam doctrinae crassiolem, intactam precipuam mu-
di partem principemque praeterire. Vetus igitur sermo est, à maio-
ribusque proditus inter omnes homines, vniuersa tum ex Deo, tum
per Deum constituta fuisse atque coagmentata: nullamque naturam
satis instructam ad salutem esse posse, quae citra Dei praesidium
sua ipsa demum tutela permessa sit. Quocirca veterum nonnulli
eò usque;

eo usque; prouecti sunt, ut hac omnia dictitaret Deorum esse plena:
 hauriri; eorum spectra ab hominibus oculis & auribus, reliquisque
 sensibus: sententiæ illi quidē fundamenta iacentes diuinæ fortasse
 potentia, non item diuinæ naturæ congruentis. Etenim cūctorū quæ
 rerum natura complectitur, cū seruator est Deus: tum verò quæ-
 cūq; in hoc mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium idē
 genitor est: non sic tamen, ipse ut opificis in morem, animalis que
 lassitudinem sentientis, labore affici possit: ut qui ea facultate
 utatur, quæ nulli cedat difficultati. cuius ipse vi facultatis omnia
 in potestate continet: nec minus etiam quæ longius ab ipso viden-
 tur esse summota. summam igitur & primā sedem mundi sortitus,
 ea de causa Hypatus, quasi supremus appellatus est: & (ut in-
 quit Poeta) in summo culmine vniuersi celi suum habet ipse do-
 micilium situm & collocatum. Maximè verò vim eius sentit, nu-
 minēque eius ante omnia fruitur id corpus, quod proxime eum si-
 tum est: tum quod secundū ab hoc situm habet: & vnumquodq;
 deinceps, prout situum ordo ad nostrum usque locum natura con-
 stitutus est. Quo fit ut & terra & terrena omnia, quā longissimè
 ab diuinitatis adminiculatione abscedūt, tam infirmitate summa
 sint ipsa, concinnitatisque sibi consentaneæ maximè expertia: at-
 que ideo multo tumultu exagitata. Atqui cū ita sit numen di-
 uinum natura sua comparatum, quoquo ut versus permeet: nimi-
 rum ea in quibus ipsi versamur, ac nobis superiora, pro eo quan-
 tus est accessus ad Deum, vel abcessus ab eo, eius opitulationem
 quoque sentiunt. Proinde id præstabilius esse censemus, Deoque
 tum decentius, tum magis consentaneum, ita de eo opinari, ut di-
 camus, potestatem illam in cælo sedes suas habentem, incolumita-
 tis causam rebus vniuersis præstare, ijs quoque quæ longius ab ea
 remota sunt: nec illis assentiri, qui eam ipsam potestatem per om-
 nia pertendentem, & ventitantem ad ea quoque quæ nec adire ip-
 sam honestum est, nec dictu speciosum, sua illic opera efficere con-
 tendunt, resque terrenas administrare. Atqui ne ex hominū quidē
 principum dignitate esse dixeris, cuiuslibet operi incumbere: ut (ver-
 bi gratia) exercitus ducis, aut vrbis præfecti, atque etiam domus
 primarij dispensatoris, si fasciculum sarcinarium componere, aut

Describit materialia ex ratione pri-
 mæ. Si iudex colorum & equali
 perfectio quo duntaxat est superius
 eo videtur perfectius quia maius
 celerius et id iudex parat hoc
 Quæ aut inferiora sunt quo magis
 recedunt a cælo eo sunt celeriora
 et solidiora maiusque sunt et
 discordia exposita ta ideoque et pla-
 cilius inter se obnoxiæ. Atque
 de materialibus. Animus enim intelligens
 eo maioribus dotibus decoratus est
 quo penes vim contemplandi similes
 est cæleste primæ. Sicut & Deus
 in sublimi infirmitatibus in materia
 intelligat quæ sunt effectus angelus
 cæleste primæ.

Atqui cum

Contemplatur quemadmodum Deus
 mouet primū formamque ppz
 autem mouet cælos inferiores. Atque
 vniuersas cælestes mundi elementares
 non quasi angelus illa diuina alibi
 dedit esse illis locum et esse mouere
 omnia: quod nec esset illis speciosum
 quemadmodum nec regi obnoxia
 Valde similia.

Atqui ne ex

Apprehendit hystoriam de ampl
 fide regni. Xerxis, magnificentia
 quæ tanta ut quasi inebriatione
 prebis excitaret illa cæleste alicubi
 subtrahere erant. Xerxes vero
 ipse in suo throno quiescens totum
 quidem persis regeret omniaque
 cognosceret etiam longe remotis.

Et quidem

*Deus commodissime in peride sunt illa duo
Ecbatana aut dicitur edificata fuit ab
Arghasac rege medorum. Rex potentissimus
ut est in principio indic. Huius Syria
fuit regia Affueri qui regnauit ab
India usque ad Aethiopiam, principem
in regni eius ut est in lib. Hecataei
Cetatenus de rebus regis dicitur augustinus*

Tum autem

*Descriptio seruatorum qui conpuno
ordine per totam Asiam praeferebant
Atque si ordo aliquid amissus ampli
tudinis prae se ferebat ut agnoscerent
populi etiam extranei regis magni
vires longe lateque diffusas. Etiam
erat quidam artificij sed beneficij
custodij praepositorum conpuno ut
quidam regum nouarum incaptaretur
ad regem vno die deferretur. Huius
modi aut amplitudo quantae erant
ut, ut dicitur dicitur hominum.*

Neque vero

*Quod Deus rogaret singula
per se praemonuit non esse aliam
potestati diuinae sed non decorum
negotari. Itaque praefecti dissi
militum diuinae fuit ut reges nudes
et deus. Reges enim stantibus
multitudine seruatorum quia pauca
per se possunt. Deus vero solus dia
posse.*

Idem autem

*Ipse propter similitudines quas res
subiectae pati possunt neque deus
debet esse minus quod Deus per
motus simplicissimum primi coeli
creet formas innumeras in rebus
inferioribus et non sit ita longae
ut quibusdam artificibus qui per
vires instantibus seculis adductis
quam diuinas formas possunt fingere
Quod aut per motus diuini
perferatur causa motus caeteris
locibus nempe inferioribus non
magis minus esset debet quod
per Neupastem possint seculis
trahito fimo vel quibusdam
fimbriis plurimas partes suauitatis
monere. Caeterum Neupov
neans GRAO trahit ut sit
NEUPOO TASHS quasi tracton
nerui vel chordae.*

ARISTOTELES

viliorem aliquam operam obire vsu venerit ut necesse sit, cuius
modi munere, magni Regis tempore, ne quoduis quidem mancipium
facile obiuisset. Quippe (ut proditur) visenda quaedam species
Cambyasis, Xerxis, & Darij regnantium, in exquisitum maiestatis
fastigium exornata erat, compositaque magnifice, omnibusque nu
meris venerationis augusta. Et quidem (ut fama est) Susis ipse aut
Ecbatanis sedibus collocatis, procul hominum conspectu regiam sa
ne admirandam obtinebat, ambitu septam auro, electro, eboreque
fulgenti: cui vestibula multa erant atriaque continentia: multa
verò ianuae, multorum stadiorum interstitiis ita dimensae inter se
atque diremptae, ut aditus aeneis foribus murisque magnis obstru
cti atque muniti essent. Tum autem viri principes & lectissimi
in stationes digesti erant atque decuriati recte atque ordine: pars
munere stipantium regem ipsum fungentes, eique famulantium:
pars custodes circa septa regiae appositi, (ianitores emissariosque
appellabant) cum interim Rex ipse, qui idem Dominus Deusque
vocitabatur, omnia & videret & audiret. Ab his item erant alij
vectigalium quaestores obuentionumque constituti: alij duces tum
bellici, tum venatores: alij coactores munerarij: alij denique mune
rum reliquorum curatores, prout vsus ratioque administranda
rum rerum ferebat. Tum autem vniuersum Asiae imperium, Hel
lesponto quidem ab occidentis partibus terminatum: India au
tem ab Orientis, regunt pro potestate Praetores, Praefecti, & Re
guli, serui regis ipsius qui magnus appellatur. Cursores etiam, ex
ploratoresque, statores, & custodes stationary, & denique specu
larij excubitores. Quorum erat ipsorum is apparatus, ea descripta
collocationis ratio: tam rato ordine vices munerum constituta: &
praesertim eorum qui ignes edere praenuncios, & tollere e speculis
soliti sunt, deinceps in aliam illi quidem ex alia dantes accipien
tesque signum in orbem ab usque finibus imperij ad usque Susa &
Ecbatana, quicquid rerum novarum quicquam in Asia moliretur
sunt inceptaret, Rex ut ipse vno die rescisceret. Atqui statuere nos
oportet, magni ipsius Regis fastigium, praet quidem est Dei emi
nentia, qui pro potestate Mundum tanquam prouinciam obtinet,
tam esse infimum, quam esset summum hoc ipsum Regis fastigium,

si cum animāte quodam vilissimo atque infirmissimo componere-
tur. Quapropter si è dignitate regis haudquaquam esset, Xerxem
functione propria administrare omnia & absolvere quaecunq; fa-
cta cuperet, ne ipsum quidem operibus faciendis instātem, curatoris
operum officio perfungi: longe id nimirum minus Deo conuenit.
Quare augustius id decentiusque existimandum est, Deum summo
in loco ita esse collocatum, numinis ut tamen eius vis per vniuer-
sum mundum pertinens, tum Solem Lunāque moueat, tum celiū
omne circumagat: simulq; causam præbeat eorū quæ in terra sunt,
salutis atque incolumitatis. Neq; verò illi ipsi itidem ut principi-
bus mortalium, opus est aut artificiosa molitione, aut alieno mini-
sterio: quandoq; propria infirmitate præditi, operarum decurias re-
bus conficiendis, & numerosas manus adhibent. Illud autem diui-
nitati maximè consentaneum, ut formas rerum omnium citra dif-
ficultatem simplici que motu absoluat: non secus atque illi machi-
natores solent, qui instrumento vno demittendo multos & varios
effectus edūt: aut ut illi prestigiatores faciunt, quos Neurospastas
ob id appellant, quod imagunculas animatas esse fidiculis ductitā-
dis ementiuntur: qui cum funiculum ipsi aut neruum adduxerūt,
cieri ceruicem & manum quasi animantis simulachri, hume-
rumque itidem & oculum faciunt, interdum etiam omnia mem-
bra: idq; quadā cum venustate atq; æquabilitate motus. Hoc igi-
tur modo natura diuina ab vno eodemq; simplici motu primò vim
suam immittit in ea quæ sunt primò cōtinentia, ab illisq; subinde
in ea quæ longius atque longius absunt, quoad permeauerit per v-
niuersa. Quippe alterum ab altero motum, rursus ipsum quo-
que aliud mouet cum mundo: quum vnumquodque interim agat
conuenienter constitutioni suæ, nec tamen eadem sit via omnibus,
sed diuersa, nonnullis etiam contraria: tametsi primus illis ve-
lut ad concentum atque æquabilitatem auspicatus, natura sit com-
paratus ad vnum motum: similiter atque si quis ex eodem vase
simul iaciat globum, tesseram, turbinem, & columellam: nempe
vnumquodque eorum accommodatè suæ formæ mouebitur. Aut
si quis animal vnum aquatile, aliudque terrestre, & aliud volu-
cre, è sinu suo emittat. planum est enim quod natatile eò proflitēs

B. ij.

Hoc figur

Ut si diuina causa mouens sit
motus primus mobile. Atq; si
simplicissimus Quare ergo tunc diuersi
motus afferuntur celiū rebus a primo
mobile nempe quia res celiū habent
essentias valde distinctas quædam
propter figuras distinctas ex celiū In-
daria mouebuntur globus, tesseram,
columella et propter essentias excedat
sunt missi carnis, pisces, auis.

E. f. Luna.

Ad posterioribus tabulata daria
lucanti et tringenta octo diebus mercurio
lucanti viginti nouem.

Qui dicitur

Proportionem motus supradicti
quasi diuersis modis distinctis
comparat cum harmonia soni. Quis
propter numeros atq; concinnitatem
quæ propter symphoniam sonum. Qui
enim primus mouet videtur præcurre
Quæ autem inferiora sunt subsequi
easq; quo magis distant eo quasi
indecibilis. Quia autem numeros
singulorum et æquidistantes plerumq;
recurrunt sine repetitis magnis
habet similitudinem cum primo
harmonico. In note certe et
daria et aliquoties repetita per
commodam proportionem symphoniam
edunt.

Genius

Ad octo et interitus atq; ad
diuersitatem rerum necesse fuit ut
Sol habeat duos motus. Quid enim
faciat tantis diem et noctem
atq; semper esset in eadem loco et
semper in æquatore. Sed alibi Singu-
larum partium terre tunc nulla esset
diuersitas. Atq; in ea debuit signum
nunc calore nunc frigore terre opus
sit ad generationem. Atq; consentaneum
sit ut populi quicquid alii semper dies
æquos motibus habeant, alii propter
diuersitatem Locorum Inaguales.

*N*umerus motus rerum simpliciter
diminutus esse per motum primum
mobili. Ibi dicitur quod omnes sunt
adolecentia quam senectutis videant
acutis essentiam simpliciter et canis
cibus adoleuerit quod homo qui etiam
cibus aegrotat et ita de ceteris, pro
etiam tractat specie.

Itaque ille

*I*ncipit comparare Deum et principem
exercitus. Is dat debet singulis
caelis et ad singulos quodammodo
moueat. Ipsi vero diuersitas intelli-
guntur ex stellis. Atque ipsi motus
faciunt diuersitatem rerum nostrarum.

Quod vero

*C*onfert etiam operationes coelorum
et rerum nostrarum. Deum exercitum.
Illi enim. Ibi primum datur et
singuli incipiunt operari, varij varia
prout multorum diuersa sunt officia.
Sic quia Deus assidue dat singulis
quod sunt in mundo varia operantur.
Quia singulorum diuersa sunt officia.

Atque vero

*O*ccurrit obiectioni. Est enim
imbecillus ingenij nihil credere
nisi quod videtur. Tametsi et
humili potenter atque decorum
Sed atque dicitur in omnibus rebus
creatis quas si speculis contemperi
possumus. Quare ergo solus in
speculo videtur non aut purissima
illius simplicitas et magis
suspiciamus et admiramur.
Quare vero videmus aliquid
per specula et quod agnoscamus et
colimus.

enatauerit, vbi ei commodum est victitare: terrestre ad suas sedes,
pascuæque sua erepserit: at ærium è terra sublimè raptum euola-
uerit: vna vtique eademque prima causa propriam eorum vni-
cuique aptitudinem reddente: Eademque ratio est in mundo. Si-
quidem ab vna calis vniuersi conuersione, quæ die noctuque fi-
nitur, aliæ atque aliæ permeationes fiunt. Quumque vno omnia
coërceantur globo, pars tamen celerius, pars mouetur tardius: ni-
mirum intervallorum longitudine & singulorum opificio eam dif-
ferentiam efficiente. Et Luna quidem mense suum peragit orbem,
augescens vicissim, imminutæque & tabescens. Sol anni spatio
suum orbem metitur, & qui eum æquant cursu Lucifer & Mer-
curius. Pyrois spacio altero tanto maiore. Iouis stella spacio Py-
roëntis sexcupli. Vltima, Saturni quæ dicitur, tempore sesqui-
plo maiore, quam quantum est id quo circumagitur illa quæ infra
ipsam est proximè. Qui verò ex omnibus concentus existit conso-
nantibus in cælo, chorumque conficientibus: vt ex vno ille qui-
dem oritur, ita in vnum desinit. Vniuersumque ipsum commodius
Cosmon nominaueris, id est compagem rerum compositam, concin-
noque ordine digestam: quàm acosmiam, id est congeriem confu-
sam & inconditam. Quemadmodum porrò fit in choro, vt auspi-
canti præfuli aut præcentori accinat omnis chorus è viris interdum
fœminisque compositus, qui diuersis ipsi vocibus, grauibz scili-
cet & acutis, concentum attemperant: eandem ipsi rationem sta-
tuimus & in Deo, qui vniuersum mundum moderatur & re-
git. Et sidera enim semper, & vniuersum ipsum cælum eos
ad numeros mouentur, quos Deus sursum quasi auspicando præ-
cipiendoque emodulatur: quem à similitudine sanè congrua Cory-
phæum mundi rectè appellaueris, quasi præfultorem ipsum, hu-
iusque chori magistrum. Geminis autem itineribus Sol ingredi-
tur, lumine suo cuncta quoquoersus collustrans: diem noctem-
que altero itinere determinans, ortu suo scilicet, & occasu:
altero quatuor anni tempora secum ductitans, vltro citroque per
cælum perreptando, nunc Aquilonius ipse, nunc Austrinus. Quid
dicam pluuias tempestiuè existentes, ventos & rores, omnesque
permotiones quæ in aëre eueniunt à principe rerum causa atque
pri-

primordiali? Adde fluminum lapsus, maris aestus intumescen-
tis, enascentium arborum incrementa, frugum maturitates, foe-
turas animalium: denique ^{vegetationes} ^{formales} vegetations rerum omnium adolescen-
tium primum, deinde tabescentium, eodem accedentibus causis
(ut dictum est) à constitutionibus singulis rerum atque opificiis.
Itaque ille omnium princeps parénsque, animi tantum sensu spe-
ctabilis, simul ac signum naturis dedit inter calum terramque ve-
hentibus: earum ^{in orbibus suis iugi motu cietur} unaquæque in orbibus suis iugi motu cietur, at-
que intra suos limites, alternis condita atque apparens: sexcen-
tas illa formas eodem à principio exhibens, vicissimque subdu-
cens. Quod verò in hisce rebus agitur, magnopere simile est ijs quæ
belli tempore inter homines factitantur. Nanque statim ut clas-
sicum exaudiri in exercitu coeptum est: alios ipse videas scuta si-
bi aptantes: loriceam alios induentes: alios ocreas vel galeam su-
mere, vel balteo se cingere festinanteis. Rursus videas qui fræna-
tos equos admittant: alios qui currus conscendant: qui denique tes-
seram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor,
ad manipulum: Centurio excurrit ad centuriam. Postremò equi-
tes ad cornu: Velites ad stationem quisque suam festinant: cum
interim sub vno ductore omnia moveantur: qui imperia & ipse
significanda accepit ab eo apud quem summa est imperij. Eodem
nos & ipsos modo censere convenit de vniuerso. Quum enim ab
vna vi impulsrice ciantur omnia: fit vtique quod cuique com-
modum est & conueniens. Nec verò si ea vis ipsa nec cerni ab ho-
minibus, nec apparere potest: quoquo pacto id obstat, aut illi ad ea
quæ diximus agenda, aut nobis ad fidem hisce rebus accommoda-
dam. Nam & anima ipsa qua viuimus, qua vrbes, qua domos ha-
bitamus: cum haudquaquam sub aspectum nostrum sita sit, ope-
ribus tamen ipsis videtur: omnisque vitæ cultus nitórque vt ab
ea inuentus est & descriptus, ita ex ea tenorem suum seruat. Ter-
re cultura & consitio, artium excogitationes, vsus legum, Rei-
pub. rectè atque ordine constitutæ ratio, administrationes ciuiles,
bellum extra fines patriæ, & rursus pax in ea. Proinde hæc etiam
de Deo sentienda nobis sunt: illo quidem, si vim spectes, valentis-
simo: si decorem, formosissimo: si vitam, immortali: denique si vir-

B. iij.

Quapropter

Colligit etiam Deus nos videretur
nec operetur in aere nostro per se
et immediate tamque omnia ei
tribunda esse quasi primo opifici.

Enimvero

Inquit Agoras mundi. Et a comode
comparari potest & figura formata
qualis est cibani ne tratis in parte
superiore. Huiusmodi fornicamentum
habet quidquam medium quod vocatur
Indubius quod Indignus dicitur
in decem rotundis et arcuatis
Talis est figura coeli respectu nostri
nisi quod in coelo quodlibet punctum
per ad fuerit in suo genitro vocari
potest Indubius. Inde enim dicitur
quod coeli dicitur ad decem
fornicatus et arcuatus.

Fama est

Context compositionem coeli cum
balladio tum ex hoc quod nulla pars
tollit posset quin totum omnino imparetur
tum per hoc quod per dies ille
nobilissimus statimque figuram suam
effingerit in seculo: Sic defectu vultu
Deus potissimum in medio mundi figuram
suum effingere sed est animam intelli-
gentem. Tamen ipse non habitat
sed in latitudinem suam in loco longi-
tudinis et latitudinis et sit ens
principium.

Quem Locum

Proposit effymologiam vocis.
Diparavos (inquirens) dicitur a pro
to & paros a termino quia videretur
esse terminus respectu nostri. Quia aut
ipse diparavos est in oculo diparavos
id est videretur figuram a quibusdam
deyetai olumpos.

Ex consuetudine mortalium indicat
 Quamvis se supra coelum. Qui enim
 implorant opem diuinam. Vel manus
 vel oculos tollunt ad coelum propterea
 laudat epistola qd homines. Fident
 coelo. Vocant enim oparum eupas
 quod etiam assignant tui.

Quin etiam

Enarrata differentia inter res
 coelestes quae sunt immutabiles
 et res quae sunt firmamento infusione
 subiacent. Ita res mortales esse
 mutabiles. Et in se plane firmum
 dici possit. Illis recantet miracula
 ferre et parit. Quod etiam fide
 alias deficiunt. Alias prouidentur
 vnde id quod est rari. Sed quod
 mare aliquam continentem
 operat et aliam continentem
 fuerat id est valde rari. Et
 etiam diluuium qd fuit temporibus
 Noe. Item conspirationem
 ferarum. In animalia, opida,
 ferarum vnde quae habentur. Et
 quilibet scdm naturam. Sed quia
 prima causa firmat res natu-
 rales in se. Propterea firmum
 ferarum peperit pennis vnde
 pennis maxima autem miracula
 quae terras quae firmant sunt
 diluuium, et exspirationem.

De vero summum

A variis palaeis similitudinibus
 praecedentibus. Ita adiectis
 etiam dei etiam supra naturam.

tutem, praestantissimo. Quapropter cum sit inconspicabilis nature
 omni interitura: ipsis nihilo secius ipse cernitur ab operibus. Atq;
 ea quidem quae in aere sunt quoquo modo affecto; quae in terra, quae
 in aqua, ea certe Dei opera esse meritò dixerimus: Dei, inquam o-
 pera, cum imperio summo Mundum ac pro potestate obtinētis. Ex
 quo Deo, ut inquit Empedocles physicus,

- „ Omnia quotquot erunt, quot sunt praesentia, quotque
- „ Orta fuere antehac, stirpes, hominesque, feraeq; ,
- „ Inde etiam volucres, piscesque humoris alumni.

Enimuero non tam absurda quam pusilla comparatio (ut opinor)
 fuerit, si mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operi-
 bus fornicatis, forficis in modum dispanfi conformatis structu-
 ra sese interfecante, Umbilici vocantur. Etenim y lapides in me-
 dio collocati, qua parte scilicet utroque Versus structura arcuata
 pandatur, quasi que oneri cedit: in coherencia continent, atque
 in constructione ordinata totam formam operis, immobilēque as-
 seruant. Fama est etiam Phidiam illum statuarium, quum Miner-
 uam illam quae est in arce, coagmentaret, in medio eius scuto facie
 suam expressisse, oculosque fallenti artificio ita deuinxisse simu-
 lachro, eximere inde ut ipsam si quis cuperet, minimè posset, ali-
 ter quidem certè, quàm ut ipsum solueret simulachrum, opusque
 eiusmodi compactile confunderet. Hanc eandem igitur rationem
 Deus habet in mundo: utpote qui vniuersorum coagmentationem
 coherentem cohibeat & coarctet, incolumitatēque vniuersitatis
 cōseruet: nisi quatenus nō medio ille loco in terra scilicet, vbi tur-
 bida regio est, sed in excelsio situs est, purus ipse in puro loco. Quē
 locum tum Vranon ab origine vacis dicimus, quasi terminum exti-
 mum supremorum corporum, tum etiam Olympum, ut vsquequaq;
 lucidum, ab omni caligine secretum, motuque omni incondito, cu-
 iusmodi sunt qui apud nos venti fiunt & tempestates. Id quod his
 verbis significat Homerus.

Esse solum diuis subnixum semper Olympum
 Fama est, haud ventis tremefactum, haud imbris vldum,
 Ac procul à niuibz subductum: nubibus illinc
 Splendida summotis candēsq; expanditur aethra.

Huius autem rei elogium est mortalium consensus regionem mundi summam non dubie Deo tribuentium. Quam ob causam ipsi manus tollimus sursum inter vota concipienda. Qua ratione nec male illud quoque ab eodem poëta pronunciatum,

Calum sorte tulit simul æthera Iuppiter altum.

Quin etiam quæ maximè eximia sunt inter res sensu perceptas, eundem illa locum obtinent: ut sidera, ut Sol & Luna. Vnde fit ut caelestia concinno ordine digesta suas ipsa vices conseruent perennes & constitutas, nullique obnoxias mutationi: longè illa secus atque terrena: quæ ita natura comparata sunt, ipsa in alias ut ex aliis affectiones transeant, fierique identidem altera atque altera non respuant. Certè contigisse aliquando constat, ut terræ motus violentia, terra ipsa multis in locis discesserit, indeque hiatus extiterint: ut imbres vi maiore ruentes, diluvium in terram intulerint: ut excursiones undarum recessusque tum continentes mari obruerint sæpenumero, tum rursus maris alueos adiecerint continetibus: ut vis flatuum & vorticum oppida funditus disturbarit: denique ut incendia atque inflammationes aliquæ supernè delapsantes, partes orbis exusserint versas ad Orientem: ut Phaëthontis tempore contigisse dicitur: quædam etiam ut è terra erumpentes, veluti expirabundæ idem fecerint: ut quum crateres Aethna abrupta terra patefacti, conflagrationem emisserunt instar torrentis per terram grassabundam. Quo tempore qui è mortalium genere pietate erant imbuti, ij à numine diuino eximio honore ingentique affecti sunt. Siquidem iuvenes & robore valentes, cum parentes suos ætate iam confectos humeris sustulissent, igneo flumine iam iam opprimendi, in eo erant ipsi ut interirent: cum ecce flumen ipsum se scidit, ut huc & illuc diuersi fluctus digrederentur, iuuenesque intactos cum senibus transmitterent. Ut verò summam iam loquamur: quod in naui gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu: hoc Deus est in mundo. Nisi si hætenus interest, quod labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt varie: cum huic illaborata succedant omnia, omnis molestiæ expertia, citraque corporis infirmitatem: quippe cui in loco stabili immo-

B. iij.

Id autem

Confortus Deus dum lege tam apte diuinitatem quam aequitatem eternam beneficio legis scripte in iustis bene composita dum maiestatis munus sum obert. Et omni libera citatem publicam percipiunt et placitum sortis id etiam efficit Deus in mundo diuerso est forma iustas legis.

I am vero

Distinguit Deus a lege tribus De causis Quod Deus nunquam corrigitur, nunquam danius est & denique qd ei omnia cedunt. plerumque enim homines deficiunt ab observatione legis. At vero nihil possit deo resistere necessario enim orta prius adoleuerunt deinde senescunt Atq; singula tempora nobis satis seriem exhibent quæ Deus præscripserit.

Nominatio ZEVS 24

accusati sunt duo. *Δία* et *Ζεύς*.
 Proinde graeci putant *Δία* / *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 verbo *Ζεύς* / *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 per inuentum. Quodammodo *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 faciunt.

Is Chrono

Quoniam Deus timendus
 et primus deus. *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 quibus indicant graeci quoniam *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 bonis ferunt. Quia autem colendus est
 subinguntur quibus *Ζεύς* / *Ζεύς* autem descendit a
 benevolentia.

ARISTOTELES

tōque collocato, omnia mouere & circumagere pro arbitratu li-
 ceat quo libitum est cunque, & quo modo libitum est, idque diuer-
 sis in formis simul atque naturis. Id autem ratione simili facit ille,
 atque lex ciuilis: quæ immobilis ipsa existens in vtentium animis,
 regit omnia ad Remp. pertinentia. Et ciues quidem quasi eius asse-
 cle in medium prodeunt: qui autem principes vocantur, ad preto-
 rium se conferunt: Legislatores ad propria tribunalia: Senatores de-
 nique, & qui Concionatores dicuntur, ad consessus sibi contribu-
 tos conueniunt. Rursus is in Prytaneum it, cui scilicet id datum
 est, in eo vt publico victu epuletur. alter rapitur ad iudicium, cau-
 sam vt ibi dicat: in carcerem alius compingitur, vt supplicio
 afficiatur illic. Tum verò epulones in ciuitate celebres ad epulas le-
 gitimāsque conueniunt. Iam verò aguntur dies festi, iam ludicra
 solennia: iam anniuersaria sacrificia fiunt diuis, heroesque ritu suo
 coluntur; postremo inferiæ mortuis inferuntur. Sic alia ab aliis fa-
 cta vno vel imperio, vel legis vna authoritate, asseruant eum qui
 obtemperat.

Sic vrbs simul plena est vaporibus sacris,
 Resonatque cantibus piis ac luctibus.

Hoc idem de vrbe quoque maiore, de hoc inquam mundo, existi-
 mare debemus. Deus enim nobis lex est: in omnem illa, quidcm par-
 tem ad æquilibrium vergens: nullam correctionem admittens, nul-
 lam varietatem: quippe quæ potior sit illis legibus & stabilior,
 quæ in tabulis perscriptæ sunt. Eius enim auspiciis perenniter &
 compositè præeuntis, vniuersus hic cæli ordo regitur atque admi-
 nistratur, numeros omnes concinnitatis habens: in omneis ipse na-
 turas partitus pro vniuersitate seminum, in ea quæ hærent solo,
 atque in animantia: quæ etiam suis ipsa generibus formisque distin-
 cta sunt. Nam & vites fiunt & palme, & perseæ, ficique dulces,
 & oliuæ, vt inquit Poëta: Tum quæ fructus expertes, alios vsus
 præstant, platani, pinus, buxi, alni, populus etiam nigra & cupres-
 sus odorata: Tum quæ autumnii tempore fructum suauem fundunt,
 sed conditu difficilem, pyri, puniceæ, mali. At verò animantium
 aliæ feræ sunt, & aliæ cicures: tum in aëre, tum humi, tum in a-
 qua victitantes: oriunturque & inualescunt, & deinde intereunt,
 legibus

legibus obtemperantes diuinis atque cedentes. Omne enim reptile
(Vt inquit Heraclitus) terram depascitur atque possidet. Vnus
porro Deus cum sit, pluribus nominibus appellatus est: ab iis uti-
que suis omnibus effectibus denominatus, quorum specimen edere
ipse solet. Atque eum quidem tum Zena, tum Dia vocant, inter se
compositis vrentes nominibus, atque è regione collocatis: tanquam
duabus his vocibus significare velint, per quem viuimus. Is Cro-
no, id est Saturno, & chrono id est tempore ortus esse dicitur: ni-
mirum ab æuo sempiterno ad alterum æuum pertinens. Vocatur
& Fulgurator, & Altitonans, & Aetherius, & Fulminator, &
Pluuuus: à pluuiis utique & fulminibus, aliisque operibus, è qui-
bus vocabula ipsa deducta sunt. Quin & Frugipotens & Custos
vrbium vocitatur, & Natalitiuus, Septitiuus, Cortalis, Gentiliti-
uus & Patrius: videlicet à communione, quæ diuino ipsi numini iis
cum rebus intercedit. Ad hæc Sodalitiuus & Amicitie præses, tum
Hospitalis, Castrensis, Trophæalis, Expiator, Sâgïnariuus, & Sup-
plex & Placabilis, vt poëtæ loquuntur: denique Seruator dicitur
& Assertor: & vt semel omnia complectar, Cælestis & terrenus:
ab omni natura sortèque nomen adeptus, vtpote qui omnium re-
rum author sit. Quamobrem quæ de ipso in Orphicis carminibus
dicta sunt, haudquaquam perperam dicta sunt. Equidem Neces-
sitatem ipsam etiam nihil aliud quàm Deum dici censuerim &
intelligi: cui Anance ex eo nomen est, quod natura quædam sit im-
mobilis. Eundemque Imarmenen, id est fatum, dictum à serie re-
rum conserta, inoffensoque tenore procedente: quod alio nomine
Pepromenen ideo appellauerunt, quod ab eo omnia terminata sunt,
ac nihil in rerum natura infinitum est. Quin & Mœran, id est
sortem appellatum eundem Deum à partitione rerum dixerim: &
Nemesin, quasi potestatem diuinam eius quod visum est cuique
distributricem: Adrastian etiam, quasi causam quandam natura
comparatam, quam fallere nemo queat aut vitare. Aesan denique
dictum, quasi semper existentem. Iam quod de Parcis, & de fuso
proditum est earum, eodem id etiam quodammodo pertinet. Siqui-
dem tres Parcas prisca tria in tempora partiti sunt: filiumque fusi
partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixe-

Ex piffeta quae sunt intertio
 loco fuficant fuffitiam
 fouis qui d'ign' p'aeft. Ceterum
 carmina O'phi' fuit in gaeo.

Equidem

Quia nunquam fallitur prae-
sio Dei Antiqui vocauerunt
Deum necessitatem vel fatum.
Primum vero Arayya est
nomen necessitatis quae quae
copit et Arayya significat
ego Deinde moira est
sors unde verbum moirama
1) autem praefertur adiectum
imarmai et est moira
imarmadiv per repetitionem
sors assignata. Solet substantivum
substantivum quoniam praefertur
fontis sic et imarmevn
significet fatum. Itaque suban-
dina in voce περρομεν
qua dicitur hebreis περρο-
μεν a verbo περρο-
spidi / i. e. finio et est Deus
quasi sors definita singulis.

Quin et Moeran

Moripa significat alias partes
alias partes pro partitione
ipsum Quia vero Deus singula
partes id nomen assignat et
eodem plane tunc de Remissis
apo to remissionem, /i/ dicitur
Apud Antiquos nomen is fuit
Dea iudex et iudicanda pae.
et improbos sanis generibus
suppliciorum pfectet.

Adrastian

Δραδω, furio, erito, fallo. *quod*
 Adspicos, inevitabilis qui nulli
 non potest. *ffay* Daturigent
 planet Acriphia quasi dicens
ffay inevitabilitatem.

Aelan

Hic textus graecus est facillime
Dixerunt enim Antiqui Denique
Aioar quasi duar dei
duar si serpentium semper
existentium. Tum ad

Fam quod

Tres partes sunt sumpta
videlicet istae tribus ymagines
Sunt significare significant
functiones praesentes, sortis
futuras, atq[ue] finalitatem ne
qua sunt praesentia retro spectant
sp[eci]e figurata finis et t[er]minis
scilicet finis quidem quia hoc
ita regat superius. t[er]minis
vero quia per contemplatio
nem et quasi oraculum quita

11/11 letters. Ahas character
 XAOPa 11/11 north way
 XAOPa 11/11 north way
 meo et circumlocus. Eppa
 etay gabet money cha
 dace que p^{re}sent b
 de male, domine
 Ahas To XAOPa conf
 ptem. Et n^o XAOPa
 domine p^{re}sent b
 Denny, TPETA; 2/2
 pal n^o p^{re}sent b
 11/11 p^{re}sent b

Minima inest Antigeni
pauci operationes. Quia
naturam ad quodammodo supra
naturam in animis habent quippe
intelligentibus ipse enim in rebus
ceteris non intelligitur habere
scire. Dicen. At in animis
hominum regendis videtur ea
esse sic et hic numerus pariter
beneficio eorum aliquot contra
naturam vel supra naturam
fieri possit.

runt: earum vnam statuentes in eo quod iam profligatum est: quā
Atropon ideo nuncuparunt, quoniam ea quæ iam præterire, retror-
sus agi nequeunt. At Lachesis functio futuris destinata est: om-
nium enim quæ secundum naturam sunt, fors sua quodque ma-
net. Præsentibus autem rebus aut instantibus Clothus opera attri-
buita est, quæ netu unicuique conficit quod suum est. Hocque fa-
bulamentum rectè atque ordine compositum est. Proinde hæc om-
nia non aliud quicquam quàm Deum esse, planum est: ut eximius
Plato censuit. Enimvero Deus (ut est vetusto verbo proditum)
principium & finem, & media rerum omnium tenens, rectaque
linea incedens, operatur ille quidem secundum naturam, è vestigio
comitem habens iustitiæ præsidem, quam Dicen nominauerunt,
diuinæ legis vindicem, simul ut quicquam sanctionum eius præter-
missum est. Cuius ut sit particeps nominis, iam inde oportet ab ini-
tio, qui ad vitam beatam euasurus est atque fœlicem.

Enathymiasigraphia. — Sine Cosmographia.

Mens cupit puberiferos, secosque docere vapores.

Omnisator unam dirige quædam meam.

Est compacta solo et cœlis substantia mundus,

Atque his naturis quas cœna sphaera tenet.

Exilium est compages sphaeralis, et ordo globorum

Qui sunt coelestes, astrisque pota ferunt.

Flammigeri moles est perfectissima cœli:

Omne etenim quantum mensis trina præmit.

Semper in occiduum cœli volumine ab ortu:

Namque quiescentes cernimus astra cœli.

Ipsoque motus simplex est, atque localis,

Et primus: nam sunt corpora prima poli.

Porro continuus, finitus, et orbitalis,

Et naturalis, propius, atque celer.

Motus (cuius sunt species sex) dicitur actus

Eius quod non est, sed tamen esse potest.

Propius et raptus recanis cernuntur in astris

Nam reliquos cœlos sphaera suprema rapit.

Omnibus sic idem cœlis, direxus at ille.

Nam brevior motus quo cœta sphaera minor.

Immensi in formam mundi compacta globorum

Sphaera fumosa duo, fixaque puncta tenet.

Ad tractum cœli quem ventus apaxting afflat

Infuso, nomea parthasis vrsa dedit.

Punctum a quo spirat niger est Antarchicus

per quos si rectam duxeris, axis est.

Continuo a motu non igni dicitur æther

Nam flagrans rumpi potest et esse fœtus.

Duplicem igniferis cogibentur sidera cœlis

Utraq; volumine cum rapiente globo.

fixa tenent positus et sedes semper eadem.

Quæ globus octauus continet atque rapit.

Maxima zona eius latus transuerſa per orbem

Zodiacus, his habet climata fœna modo.

Singula cuius plagæ dominantes signa recant.

Quorum sex signis nomina solent.

Corniger sic Aries: nam est phœbus iustus in ipso.

Ignipes et Taurus: sexus atque fœtus.

Tardigradus Cancer Limes Titanis in æta.

et sterilis Dingo; feruius atque Leo.

Squamiger et piscis bruto foecundior omni.

Scorpius, Arcitenens, Amphora, Libra, caper.

fixa et si facies conuoluat sidera cœli.

Unica, nemo tamquam diuina exare potest.

Exarunda autem numero collecta minore

Ipse septem dicunt orbitibus esse saggi.

Contingens rutilo est phœnontis circulus orbis

Hunc sequitur rosei sphaera benigna fœtus.

Nymphionans sequitur Mars, dictus et Herens orbis.
 Quarta est Titani sphaera sacra dago.
 Nuxa ignis sequitur praenuncia solis
 Rursus ab hoc stibon: Deniq Luna rubens.
 Cum flumina habeat connexum corpora coelum:
 Sic etiam motus continet usq ratos.
 Quatuor his elementa canis contermina caelis
 Sicut aether, aer, nautaga sympha, solum.
 Crinita et fovea volueri visum in igne.
 Fulgoresq trabes, flammica tela micant.
 Torridus externa sedem ignis legit in arce.
 Nam reliquis agilis plus lenitatis habet.
 Mobilis aetherea sphaera est conterminus aer.
 Figidus ille quidem lumina solis habet.
 Combreat omnimodam in naturam: thinc decedit subter
 Cum stupida: inde mines fulmina, grando cadunt.
 Concreverunt nubes; tonitrus, fulgetra, pruina
 Exsunt: venti frugida labra movent.
 Omne graue omni parens tellus contraxit in funem
 Mundi centum, illic pondere pressa suo est.
 Orbis in proximam terra est globulata figuram
 Sphaerica quod sit enim apparet et astra notant.
 Herbida fungifera circumdat littora terra
 Turgidus Oceanus, sat stagna, lacusq can.
 Versicolor natus tellus hominesq ferasq.
 Strepitus, et riguis fontibus illa scatur.
 In liquidum flumens lapsus exetantibus aquor
 Hae scatur: At aliqui lata per arua fluunt.
 Haec habet aerio nemorosos vertice montes:
 Turrigeras vrbes haec gerit antea dirum.
 Indiq cum terram circumdet Atlanticus humor
 Quod modo sit interea insula tota ferunt.
 Pinguis in tinnueras ciuitas crepitante liquore
 Oras diuiditur regnaq lata Ceres.
 Rursus in europam lecta est, Asiamq potentem
 Utroq phoebais Africa regna comis
 Herculeis cippis clausa est pontiq recessu
 Europa, hyrcanis fancebus, atq fractis
 Pontus ab occasu et tanois: gelidum aquor ab Arcto
 Sunt Aha fines: Oceanusq ruber.
 Herens ad validas foveis est porrecta columnas
 Africa, torrenti claudita tpa mari.

Quintuplici zona ut nimbosus cingitur aether:
 Sic torridum tellus cingitur alma plagis.
 Igne duae rufilo, et sterili sunt frigore mixte:
 Torrida sed media est: nix tegit alta duas.
 Fertur in aeriam sedem exhalatio duplex
 In terra manans, frigidusq locis
 In aera fumigata est species qua manat ab anteis
 Sed fluit a stagno, flumine, fonte vapor
 Eius sunt species nebulae, pluuiaq nixq
 Nubes, ros, suber, grando, pruina, gelu.
 Quae prior est volueri nebula exspiratio nube
 Quae non in liquidas luxida stillat aquas.
 Nix est et vacuus nebulis et nube squammy.
 Est ros concretus cana pruina gelu.
 Ros madidus vapor est tenuis labensq minutim.
 Est Glacies gelidus flante Aquilone liquor.
 Compacta Imbrifera sunt exsamenta vaporum
 Nubes, compressis ex quibus unda fluit.
 Est viscenta Imber madida compressio nubis
 Et lento pluuiaq unda. tenore cadens.
 Nix aqua contrita est gelidis ex nubibus orta.
 Contorta in globulos grando minas aqua est.
 In siccis manant naturis fulmina, flatu,
 fulgetra, tonitrus, furores, furbo, Not.
 Mobilis est sicca et gelida exhalatio Ventus.
 Nere qui spirat dicitur antra Lenis.
 Exoritur ventus strictis Encolpius isthmis
 flamina sed madido flant Apogaea Sole.
 Enephica veniunt collise nubis ab ictu.
 Exhydria a stagnis, fontibus atq mari
 Caecius Anxoram afflat: Euro laurus, et Euros
 flant et ab occiduo Libs, zephyrusq Coro.
 Trascius, et Boreas afflant et Apaxius vray
 In medio Anstro flant Afriens atq Notus.
 Porro alij, solvas nudant et flumina nectunt
 Ut Boreas, gelidas cafacit Anxer aquas.

Et sic incensos moderant rapidosque calores.

Ornithias spirans floribus ornata humum.

Iam Lelaps, Anaphyema, atque Thyella, Catagis

A tepido spirant aere sine solo.

Ingruit exca velox a parte Catagis.

Lelaps inferne Vergit ad alta Loca.

At Anaphyema a teluris prodit giatu.

Aeris a media sede Thyella venit.

In madida et crassa sunt nube tonitrua flatus

Impliciti, qui vi nubila densa tenent.

Spiritus ignitus fulgetra est atque cornicans

fulgure dum nubes rumpitur atra leni.

Sulphurea quoque adhuc fulgent fulmina factam.

Quae labens perit est flamma cornica Typhoe.

Materia est ambusta nemus quae rumpit opacum

Prester, et turres dicuntur, atque domos.

Tortus Elix, volois species sunt fulminis, Arges,

Sceptes, qui semper corpora dura quatit.

Est tonitans raptim qui candens emicat Arges.

Voluitur a gravida nube vibratus Elix.

Materiam volois volentibus contrahit atram.

fulmina praeterea Lena cadendo eripunt.

Segmenti picta est tris solaris imago

Vel lunaris, quae est edita nube vaga.

Aerea quodere alba est edita Lucis imago.

Directam speciem Virga per volueris habet.

Ignis collectus quis parit in aere fulgor.

Dicitur hic duplex, qui cadit, atque manet.

Qui cadit est velox enatus in aere fulgor.

fixus habet formam sideris antipali.

Complexus alae cernuntur in aere formae.

Scrobes, crinitae, dolia, tela, faces.

Itaque in occasu mundi visuntur et ortu

Australis plaga: sunt rata nulla tamen.

Flatus, ignis, aqua tellus quoque continet ortus.

Quodam subductos occulit ipsa viris.

Frugifera inclusos emittit terra vapores.

Et ferri glabras euomit Aethra granis.

Fons alius terrae gelidas, alius quoque tepentes,

Effervescentes continet alter aquas.

Prodit ab abruptis dinersus spiritus artus.

Efficit et tabidos, fatidicosque viros.

Efficit amenti effra noque timore propinquos

Unus, sed quidam spualida membra

Flatus congenitus terrae concubus in artus

Sedibus erumpens concutit arua ius.

Advena saepe etiam flatus cum terrumpit in fun

Terra ingenti di cum redit arua quae

Seismus in obliquum quatens epiclita

Erumpit aliquis flamina seismus

Bractea se recto saltant sursum atque deorsum

Quidam sub terra spumica sursum

Chapnatis tabida telluris angit giatu.

Reltes effringit corpora dura soli

Palnatis tremulus quod pelit vibrat in altis

Quae mouet obniyu concutit Otia

Myce fia rapido quatunt cum iuruntur ter

Stagni aliquis, fontis, fluminis edita

Nequoris undinomi sunt spumantis giatu

Conspicuum patet ostia, moxque

fluxus et exiit,ortex quoque, natus

Pontum etiam quodam tempore Luna

Hactenus ergo notos cecini, phaenomena, p

prosequar spe alias cetera dante

Bartholomaeus perdulcis.

Hos tenui versus cecinit perdulcis aene

Cum sopus in rosei vertice montis